



ORDINIS IVRECONSULTORVM

IN

ACADEMIA IENENSI

H. T.

DECANVS

D. IO. AVGVSTVS REICHARDT

SOLLEMNIA INAUGVRALIA

PRAENOBILISSIMI IVRIVM CANDIDATI

FRIDERICI MARCI LINDHEIMER

MOENO - FRANCOFORDIENSIS

A. D. VI. FEBR. MDCCCXXXVI

HABENDA

INDICIT.

Praemissa est Commentatio

De cane maleficorum indagatore.

IENAE,
TYPIS GOEPPERDTII.

266

16

1796, 1



ORDINIS UNIVERSITATIS

IX

ACADEMIA IENNENSIS

DECANUS

D. IO. AUGUSTUS REICHLANDT

SOLEMNIUS DECANUS

INSTITUTIONUM IURIS CIVILIS

FREDERICI MAURI IUDICIS

TOMUS PRIMUS

A. D. VII. FEBRUARII 1774

HAEC

FRANCISCAE

DE IURIS CIVILIS INSTITUTIONIBUS

IENNENSIS

ACADEMIAE



Agite magistratus, vel quotquot sunt, quorum sive officio continetur, sive facultate agendi; tollite sane pro viribus moram, puniendis delictis injectam, si non omnem, certe hanc, qua fit, ut scelestissimum saepius facinus impune committatur, et quaesitoribus de admissio quidem facinore, de auctore vero sociusve minime confiet. Nonne hoc ipsum est, quod homines nefarii sperant? Certe non est, quod morem eos deposuisse credamus, quo rationibus delineatis, de hoc, non alio exitu, jam ante facinus patratum, cauere sibi soleant. Ac denique, eodem patrato, quis est, qui, quid reorum sit, nesciat, fugere scilicet, evadere atque erumpere.

Quamquam vero varia jamjam in judiciis eo consilio inventa sint et introducta, ut fugitivi hi comprehendantur atque ignoti indagentur; veluti litteris, quinimo manu militari, eosdem persequi, ostiatim vestigationem instituere, passim fugam campanae sono indicare aut bombardas explodere: tamen, experientia teste, saepenumero evenit, ut haec omnia vel frustra adhibeantur, nullo inexperto relicto, vel neutrum horum adhiberi potuerit. Triste HECKSCHER¹⁾ fatum, qui nundinis Lipsiensibus superioribus, fere in omnium conspectu inhumaniter, expoliatusque divitiis, interfectus est, hanc rem novissime comprobavit. Quo pacto hoc

A 2

fieri

1) V. Unpartheyische und wahre Geschichte des besonnenen würdigen Todes Herrn Abraham Marcus Heckschers, Kaufmanns jüdischer Nation aus Hamburg, Leipzig, 1795, 8.





fieri potuerit? nemo facile quaeret, nisi conditionis rerum, quae nunc est, plane ignarus. Nemora enim petere, speluncas quaerere, sub tecto vel fimo latere, caeteraeque hujus furfuris artes, olim usitatae, ad vulgus fere latronum nunc pertinent. Principes hujus artis aliter omnia pertractant. Hi nempe, quasi seculi genium imitaturi, excolta arte, progressus tantos in ejus peritia fecerunt, ut, quaecumque facinus commiserint, possint tamen in aedibus suis tuto requiescere, imo in publicum prodire atque in omnium conspectu vivere, nullo admitti vestigio, ne quidem in fronte deprehenso. Qui forte dubitet, HEKSCHERI, loco publico ac frequenti, manu nebulonis percussi, fatum inspiciat²⁾, perpendens, quantum conjectura fieri possit, cujusnam conditionis temerarius ille fuerit; utrum ex his, qui sylvas et loca deserta incolunt, an vero (quod magis credibile est) ex iis, qui intra muros versantur, nobiscum vivunt, publicis privatisque negotiis intersunt, nobiscum peregrinantur atque rusticantur?

Quae cum tanta sit nostris diebus latronum audacia atque calliditas, ut omne exemplum, quod priorum temporum historia praebet, fere excedat, novis eos etiam armis debellandos esse, quis dubitet? Fraudibus enim in dies magis expolitis auctisque

mirum

2) De morte HEKSCHERI in libello, „der selbst aus der grösstern Welt, oder we-
(not. praec.) commemorato, expōita sunt „nigrens mit derselben viel umgegangen —
haec: „Man ersaunt über die Verwogen- „kurz Keuner mußten sie seyn, denn den
heit der räuberischen Mörder. — In ei- „gewöhnlichen niedrigen Dieb reizt die Ju-
nem Garten, wo so viel Bedienung ist, de „wels nicht — auch mußten sie die feinsten
ren Herrschaft auf Ordnung hält; in einer „Betrüger seyn. — Man kann nicht anders
Gegend, die gleichsam mit einem Strohm „vermuten, als daß die Diener der Poli-
von Menschen angefüllt ist; am lichten „cey eines Orts, der, durch seine vortref-
Tage selbst ohne That begehen, die auch „lichen Policeyanstalten, in ganz Europa
der versuchteste Mörder nur in den Schley- „sich verehrungswürdig gemacht hat, alles
er der Nacht hüllte.“ — De maleficis „angewendet haben werden, den gegebenen
ipsis auctor hujus libelli conjecit hoc mo- „Befehlen die schärfste Genüge zu leisten.
do: „Auch waren diese Ungehauer entwe- „Keine Spur war aber zu finden.“ —



mirum in modum, persequendi methodum etiam multiplicandam esse, in apico est. Qua in re mihi videtur illud perquam notable esse, quod a reliquis, de indiciis delictorum, siue veris, siue spuris, scriptoribus, saltem, quoad ego memini, non est animaduersum, quod animalibus brutis, quae quidem nihil consilio et ratione faciunt, tamen nos sensuum acumine, visu, tactu cet., longe antecellunt, ad ipsam hanc rem uti liceat. Canum v. g. ad occulta exploranda et in lucem protrahenda aptitudinem summam esse, inter omnes constat. Hucusque tamen aut nemini, aut paucis tantum in mentem venit, nos iis etiam ad indagandos maleficos uti posse. Non loquar hic de huius animalis velocitate, neque de robore ejus aut fortitudine dicam, licet jam his nominibus homines, saltem quoad partem suam majorem, longe antecellat, et propterea jam ad cognitiones criminales exercendas possit sat multum conferre; veluti capiendis maleficis fugitivis, captivis custodiendis, aduersus eos, qui latitent, comprehensionem metuentes, eidemve armis resistent, priores nempe e latebris extrahendos, posteriores vincendos. Haec enim in promptu sunt ita, ut disputatione non egeant, quare in usum suum canes converterunt etiam jam olim iudices⁵⁾. Sed sermo mihi est de eo, quod canes propter

A 3

5) Inftar omnium adferre liceat illustre illud exemplum, quo in Gallia, iubente Carolo V. rege, sicarius quidam cum cane venatico occisi depugnauit, eo quidem consilio ut, exitu hujus certaminis singularis, deus veritatem rei patefaceret. Testis hujus rei est MARC WILSON DE LA COLOMBIERE, dans le vray theatre d'honneur et de chevalerie P. 2. Chap. 23. pag. 300. (à Paris 1648) (Verba ejus, addita figura aeri incisa, quae rei imaginem imitatur, dedit BERNARD DE MONTEAUBON dans les Monumens de la monarchie

Francoise Tom. 3. pag. 69. eandem etiam auctoritatem secutus est Io. TOBIAS KÖHLER Reisebeschreibung des Herrn von Blainville Tom. 5. p. 107 seq.) praetereaque picturam, ex eventu rei exaratam atque in arce oppidi, cui nomen Montargis, in hunc usque diem conspicuam, seditubere dicunt. Exitum rei ac fortitudinem, quam canis in hoc certamine probaverit, prior horum auctorum hoc modo tradidit:
 „Ensuite dequoy ils furent tous deux mis
 „dans le camp comme deux champions,
 „en presence du Roy et de toute la Cour:



pter olfactus acumen et narium excellentiam ad explorandos male-
ficos aptissimi sint. Hanc vero virtutem, qua tam splendide prae-
reliquis animantibus ornatum est hocce animalium genus, quo
pacto, nescio, venatoribus solum, et res amissas quaerentibus reli-
quimus, nullam quasi iudicii usum exinde sperantes. Verum
enim vero, cum, CICERONE *) monente, canibus sit *incredibilis*
ad investigandum sagacitas narium, nonne iis etiam iudices
ad investigandos et in lucem protrahendos maleficos uti possent,
si modo arte naturae succurrere et canes in hunc ipsum usum
eru-

„le Gentilhomme armé d'un gros et pe-
„sant baston, et le chien avec ses armes
„naturelles. ayant seulement un tonneau
„percé pour la retraite, pour faire ses re-
„lancemens. Aussitost que le chien fut
„lascché, il n'attendit point que son en-
„nemy vint à lui; il sçavoit que c'estoit
„au demandeur d'attaquer; mais le baston
„du Gentilhomme estoit assez fort pour
„l'assommer d'un seul coup, ce qui l'ob-
„ligea à courir çà et là à l'entour de
„luy, pour en éviter la pesante cheute;
„mais enfin tournant tantôt d'un costé,
„tantôt de l'autre, il prit si bien son
„temps, que finalement il se jetta d'un
„plein saut à la gorge de son ennemy, et
„s'y attacha si bien qu'il le renversa parmi
„le champ, et le contraignit à crier mi-
„sericorde; et supplier le Roy qu'on lui
„ostât cette beste, et qu'il diroit tout.
„Sur quoi les escoutes du camp retire-
„rent le chien, et les juges s'estant appro-
„chez par le commandement du Roy, il
„confessa devant tous, qu'il avoit tué son
„compagnon, sans qu'il y eust personne
„qui l'eust pu voir que ce chien, duquel
„il se confessoit vaincu. L'histoire dit
„qu'il fut puni; mais elle ne dit point

„de quelle mort, ni de quelle façon il
„avoit tué son ami.”

4) de *natura deorum* L. 2, C. 63. In
unum quasi omnia, quae in cane laudari
possunt, colligens, dicit: „Canum vero
„tam fida custodia, tamque amans domi-
„norum adlatio, tantumque odium in
„externos, et tam *incredibilis ad investi-
„gandum sagacitas narium*, tanta alacritas
„in venando, quid significat aliud, nisi
„se ad hominum commoditates esse ge-
„neratos.” A cumulandis plurium testi-
monis libens abstineo, cum uno ore
omnes, antiqui aequae ac nostri temporis
scriptores, laudent eandemque quotidiana
experientia lucidissimis exemplis compro-
bet. Unicum tantum testem adjungo, qui
eandem mente „Les machines,” inquit,
„les instrumens, que nous avons imagi-
„nés pour perfectioner nos sens, pour en
„augmenter l'étendue, n'approchent pas
„même pour l'utilité, de ces machines
„toutes faites que la nature nous présente,
„et qui en supplantant à l'imperfection de
„notre *odorat* nous ont fourni de grands
„et d'éternels moyens de vaincre et de
„regner.” de *BUFFON histoire naturelle*.
T. 6. p. 64. (à Amsterdam 1766.)

erudire velimus? Mihi certe canes hac via ad id perfectionis et acuminis fastigium evehi posse videntur ⁵⁾ ut, iis ducibus, quaesitores, ignotos delicti auctores investigent atqueprehendant, citius et facilius, quam ulla alia, hucusque cognita atque usitata methodo, hoc fieri potuerit. Quod, vt in communem omnium iudiciorum morem abeat, non tantum ex animo opto, sed etiam, quantum in hoc genere praestari possit, ipso hoc libello meo efficere volo. Ut, quid sit, quod velim, verbo ac nomine uno comprehendatur, talem canem, quo quaesitoribus opus esse puto, liceat *maleficorum indagatorem* appellare.

Ac primum quidem, quoad ego iudico, dubium non est, fore, ut, quemadmodum ferarum bestiarum vestigia per canes scrutamur, et hominum vestigia (genus hominum si spectes) possimus canibus persequi. Tantum enim abest, ut canum sagacitas quadrupedibus v. c. damis, vulpibus, leporibus deprehendendis, in quibus nobis quidem illorum usus est frequentior, contineatur, ut potius ad alia plane diversa, animata pariter ac inanimata, nec solum ad ea, quae supra solum sunt, sed etiam ad res, sub terra, sive in undis absconditas, pertineat. Aves enim, tubera, viperas, pisces et res, a domino suo amissas, investigant, posteriores quidem, licet aquis submersae sint, aut pisces sub saxis scopulisve lateant ⁶⁾. Qua propter pro diversa hac virtute, *canes sagaces*, usu vocabuli nobiliore sic dicti, vertagi, sanguis-

5) Quousque, si experiremur, ars disciplinae in canibus ad tale institutum formandis, sit perventura, nemo, nisi multiplici tentamine ea de re certior factus, aut aliorum experientia jamjam satis convictus, certo praesagire potuerit; ego vero, cui de utroque nondum constat, hoc non dicam: id tantummodo demonstraturus, quid fieri posse videatur.

6) Piscibus capiendis canes aptos esse, testis est SCHRAEBERUS v. d. *Säugethieren* P. I. p. 340. Exemplum memoratum dignum de polypo, e mari in lacus apertos exire assuetum, canum sagacitate deprehensum, tradidit PLENIUS H. N. L. 9. C. 30. p. 321.



fanguinarii, aquatici tuberarii f. tuberibus investigandis fervientes; aviarii, tam campefires, quam aquatici, aliique, figura et nominibus distincti, a rerum naturalium peritis enumerantur 7). Quid? quod canes, hominum indagatores, non plane deficiant, indubitatis exemplis comprobatur. Tales scilicet, qui viatores, hyberno tempore de via dejectos, quicumque illi sint, quaerant, fratres religiosi, hospitalarii, quorum fundator St. BERNARDVS et societati et monti 8) in Helvetia, nomen dedit, educare ac nutrire solent. Quorum benignitas circa hoc versatur, ut, quantum fieri possit, caveant, ne a vera via aberrantes nive pereant, plures etiam horum auxilio servatos plus simplici vice esse, ephemeridibus accepimus. Idem affirmant, qui novissime hunc locum adierunt 9).

Quod

7) de BUFFON C. I. p. 95. f. Io. CHRIST. DANIEL SCHREBER v. d. *Säugethieren* P. I. p. 317 f. CUNRAT FORER *Thierbuch*, d. i. p. 317 f. „neige les chiens du couvent les decouvrent, mais l'instinct et l'odorat de ces animaux ne peut pas penetrer, a une grande profondeur.“ FRIEDRICH MATHEON. *Zürich* 1583. fol. 91. f. HEINR. WILHELM DOBELS *Jaeger practica* Lips. 1754. Cap. 159 f. „THISONS *Briefse*, 1. Th. 13. Br. p. 173 (Zürich 1795.) „Täglich in der rauhern „Jahrszeit und so oft es schneit odor ne-

8) Olim *mons Jovis*, nunc vulgo la montagne de *Montjoux*, f. de *St. Bernard*. „Stongen und von ihren trefflichen Hunden „begleitet, auf die Landstrasse, welche die-
9) HORACE BENEDICT DE SAUSSURE „se Thiere, ungeachtet des dicksten Nebels „oder Schneegestöbers niemals verfehlen. „Des le mois „Hat nun ein Reisender das Unglück ge- „de Novembre jusq' au mois de Mai „habt, von einer Lawine verschüttet, oder „un domestique, qui se nomme *Maron- „in ohnmüchtiger Erstarrung von Flocken „nier*, va jusq' a la moitié de la descen- „begraben zu werden; so erwittern die „te au — devant des voyageurs accom- „Hunde, wenn die Tiefe des ihn deckenden „pagné d'un ou deux grands chiens, qui „Schnees nicht gar zu beträchtlich ist, un- „sont dressés a reconnoitre le chemin „sehbar die Stelle und deuten sie durch „dans les brouillards, dans les tempêtes „Scharren und Schnüffeln an. Der Ver- „et les grandes neiges, et à decouvrir les „unglücke wird hervorgezogen und ins Klo- „passagers, qui se sont égarés — Lorsque „ster getragen, wo man ihn mit Schnee „les victimes de ces accidens ne sont pas „reibt, in gewärmte Botten legt, und jedes „enfoncees bien profondément sous la „als



Quod si nunc ex composito hoc ageremus et disciplinae nostrae hic scopus esset, haecque summa, ut canem hominis vestigia ita scrutari et persequi edoceamus, ut cum aliorum animalium vestigiis minime confundat; vel jam hoc ipso nos multum ad usum canum judicarium consecuturos esse, persuasum habeo, etiamsi tanta illorum non esset sagacitas, ut hominum diverforum vestigia inter noscerent. Fingamus delictum, ut sit interdum, in via publica, nemore aut alio loco, a frequentia hominum remoto, vel etiam nocturno tempore, in pagis aut villis, ab ignoto auctore commissum, cane indagatore ad hunc locum non ita multum post adducto, non est, quod metuamus, eum hujus hominis vestigia non inventurum aut eadem persequendo errorem commissurum esse. Rariorem fore hunc usum, nec operae pretium videri, ut multum laboris et impensarum in hanc rem conferamus, si quis sit, qui sic occurrat, idem, nec nos eo contentos esse, scito.

Id enim agimus, ut, soluta leviore jam ad quaestionem paulo difficiliorem transeamus, nempe hanc: num canes olfactu alium ab alio hominem dignoscere valeant? Ac in ea pertractanda notos ab ignotis distinguere necesse est. Nam, ad illos quod attinet, canes ad tale institutum efformari posse, quo homines sibi cognitos sagaciter odorentur et pervestigent, secretis eorum vestigiis ab aliis humanis omnibus, inter omnes constat. Dominum et fami-

„als wirksam anerkannte Mittel anwendet,
 „sein stehendes Leben zurückzurufen. Die
 „Anzahl dorer, die auf Schlachtfeldern
 „ihr Leben verlieren, weiß ganz Euro-
 „pa; aber die Anzahl dorer, denen es
 „die Menschlichkeit zum zweitemal in die-
 „sen Einöden wiedergab, konnte mir nie-
 „mand angeben.“ Mecum dolebunt le-
 „ctores interitum hujus generis animalium,

quem idem auctor c. l. p. 178. denuntiat,
 his verbis: „Die berühmten Bernhardt-
 „hunde, sind leider, bis auf eine einzige
 „Hündin, gestorben. Es schmerzte mich
 „in der That, diese edle Race, welche sich,
 „gleich den arabischen Pferden, so lange in
 „ihrer ursprünglichen Aechtheit erhalten
 „hat, wo nicht ihrem Erlöschen, doch we-
 „nigstens ihrer Ausartung nahe zu sehen.“

B



familiares ab exteris omnibus distinguere canes, proprio Marte et arte quadam ingenita, nulla disciplina accedente, quotidiana fere experientia testatur. Priorem quidem, etiam post longam absentiam, imo (quod de cane Vlyssis apud HOMERUM ¹⁰) legimus) alienis vestibus dissimulatum, norunt, perditumque odoratu quaerunt, angorem ululatu prodentes ¹¹). Exteros vero, sive in aedibus (adulteri ad instar apud AELIANUM ¹²) quem canicula prodidit) inclusi sint et bene occultati, sive repente veniant, jam canis domesticus (tanquam sibi suspectos e longinquo appropinquare et propius ad aedes accedere sentit. Mendicantes praesertim distinguunt canes et implacabili odio persequuntur, uti experientia testatur. Est porro genus horum animalium, si qua fides quibusdam rerum naturalium scriptoribus et aliis testibus habenda, quod, vi insita, fures odoratu deprehendat et a reliquis hominibus discernat. Cui *furum deprehensoris* nomen dederunt. Ita saltem FORESTUS ¹³), GESNERI interpres, pro certo habet, aliisque venditat. Neque

¹⁰) Οὐλύσσειας XVII, 292. l.

¹¹) Adposite hanc in rem SCHREBERUS
t. l. p. 358. „Er“ (der Hund), ait, „ist
„aufgelegt, allerley Künste zu lernen. —
„Verschiedene derselben haben ihren Grund
„in dem vortreflichen Geruche, der den
„Hunden vorzüglich vor andern Thieren ei-
„gen ist. Vermöge dessen weis der Hund
„seinen Herrn und dessen Sachen unter vie-
„len tausenden heraus zu suchen und seine
„Fustapfen viele Meilen weit, selbst nach
„dem Verlust einiger Zeit, zu unterschei-
„den.“ De quaestione, utrum canes hac
in re speciem domini externam aspectu
sequantur? in ephemeridibus litt. Berolin-
ensibus A. 1771 p. 146 actum esse, ex
notis MARTINIANI ad BUFFONI hist. nat.
Tom. 2, p. 99 peripexi. Legero hunc lo-

cam, acta ista publica ad manus non habenti, mihi non licuit.

¹²) Περὶ ζῴων ἰδιότητος VII, 25.

¹³) c. l. fol. 91^b invenies haec: „Ca-
„nis Britannicus s. Scoticus furum depro-
„hensor (ein Schläeuhund, ein Blüthund) —
„Ein solche Ardt hat er an jm, das er
„dem gestolinen gut, und dem dieben mit
„seinem geruch oder geschmakt nachhalt, so
„lang er dem diebon ereyit und mit sterke
„angreyßt. Vnd ob gleich wohl der dieb
„über ein Wasser oder Flus entlochen, so
„schwümpft er doch am selbigen Ort, an
„welchen sich der dieb hüveyn gelassen hat,
„hindurch, loufft hin und här, so lang bis
„er seine tritt oder psod erschmückt hatt und
„dem dieben das gestolene abgejagt.“

que vero, ut canis eum, quem cognitum habet, peruestiget, ejusque discrimen observet, longa consuetudine opus esse videtur. Namque unico etiam congressu hanc dignoscendi aptitudinem acquiri posse, ex ipsis rebus gestis constat, nec, PLINIO ¹⁴ teste,

B 2

ulli

14) H. N. L. 8. C. 40. Exemplum, cuius rei firmandae causa, meminit, PLUTARCHI verbis addam, qui pluribus hanc rem narrat hoc modo: „Πυρρος δε ο βασιλευς οδων ενετιχε και Φρονοντι σαμα πιΦουεμενου, και τυθουενο, τριτην ημεραν ενεινη ασιτου παραμενει και μη απολιπειν, του μη νεκου εκελουσε βαλκα, του δε κινα μεθ' αυτου κομικειν επιμελουμενου* Ολιγαις δε υπερου ημεραις εξετασις ην των κρατικων, και παροδοσ καθιμενου του βασιλευς, και παρην ο κων ησυχιαν εχων. Επει δε τους Φουεας του δεσποτου παριοντασ ειδεν, εξεδραμεν μετα Φωνησ και θυμου επ' αυτουσ, και καθυλαται πολλαισ μεταφρομενοσ εισ του Πυρρου ωσ μη μονον ενεινω δι υποφιασ αλλα και πασι ταισ παροσι τουσ ανθρωπουσ γενεσθαι* Διο αυτουσ λιφθεντεσ εδυθσ και ανακρινόμενοι, μικρων τινων τεκμηριων εξιδεν προσγενομενων, ομιλογησαντεσ του Φουου, εκολασθησαν.“ Notabilis est, nec minus ad rem praesentem pertinet illud, cuius supra (not. 3) mentionem fecimus. Ne una tantum rei memorandae pars huic libello insit, alteram adjungam, qua causa singularis certaminis canem inter ac sicarium domini sui continetur, omisiss tamen omnibus quae proxime rem nostram non attingunt. Tenendum enim est, canem, quem solum secum habuit occisus, tumulum domini sui non nisi fame coactum reliquisset, eodemque hoc more caedis factae num-

tium fuisse. His enarratis Auctor supra laudatus pergit in hunc modum: „Comme donc ce pauvre chien estoit demeuré, à quelqu'un des parens du deffant, et qu'il le suivoit, il apperceut fortuite-ment le meurtrier de son premier maître, et l'ayant choisi au milieu de tous les autres Gentilshommes ou Archers, l'attaqua avec une grande violence, lui sauta au collet, et fit tout ce qu'il pût pour le mordre et pour l'estrangler. On le bat, on le chassa; il revient toujours, et comme on l'empêche, d'approcher, il se tourmente et abbaye de loin, adressant les menaces du costé qu'il sent que s'est sauvé l'assassin. Et comme il continuoit les assauts toutes les fois qu'il rencontroit cet homme, on commença de soupçonner quelque chose du fait, d'autant que ce pauvre chien plus fidèle et plus reconnoissant envers son maître, que n'auroit esté un autre serviteur, n'en vouloit qu'au meurtrier, et ne cessoit de lui vouloir courir sus pour en tirer vengeance. Le Roy estant averté par quelques-uns des siens de l'obstination du chien, qui avoit esté reconnu appartenir au Gentilhomme qu'on avoit trouvé enterré et meurtry miserablement, voulut voir les mouvemens de cette pauvre beste: l'ayant donc fait venir devant luy, il commanda que le Gentilhomme soupçonné se cachast au milieu



ulli animalium, praeter hominem, memoria major. Ut iustitiae delictorum puniendorum satisfiat, canes, hac ipsa tantum disciplina instructos, multum utilitatis afferre posse, nemo negabit. Equidem custodiam ergastulorum, carcerum similiumque locorum iisdem praecipue assignarem, persuasus, suspectos facinoris, sive reos, tali custodiae traditos, haud sane in fugam sese daturus esse, certe, eosdem breui recuperatum iri¹⁵).

Praestarent haud dubie iis omnibus, de quibus hactenus actum est, si qui essent, naribus eo usque acres et condocesfacti, ut cujuscunque, etiam ignoti hominis, vestigia, inquisitoris iussu captent, eademque sequentes firmiter teneant, aliorum hominum odoribus minime perturbati. Itaque ad hanc denique quaestionem, quae est quaestionis supra positae pars postrema, progrediamur, disquisitioni: num sperare liceat, fore, ut canes, disciplina accedente,

his

„milieu de tous les assistans, qui estoient
 „en grand nombre. Alors le chien avec
 „sa furie accoustumée, alla choisir son
 „homme entre tous les autres; et comme
 „s'il se fust senti assisté de la presence du
 „Roy, il se jetta plus furieusement sur
 „lui, et par un pitoyable abboy, il sem-
 „bloit crier vengeance et demander jus-
 „tice à ce sage Prince. Il l'obtint aussi.”

15) Passim hoc ipsum vel simile quid moris esse, me non praeterit, persuasus autem, id, quod plerumque sit, omnem minime custodiam esse, quam canes possent praestare, silentio hanc rem nolui praeterire. Quid meo ex voto superfit alio loco daturus non nisi exemplum subijciam. Alicubi locorum res maximi pretii custodiendas solis canibus relinquere solent. SCHREBER v. d. Säugethieren p. 339. Haec inveni in litteris novissime

editis: „Noch ist die Art, wie dieses Ma-
 „gazin bei Nacht bewacht wird, merkwür-
 „dig. Bloßen Wächtern es zu überlassen
 „wäre zu gefährlich; denn man denke es
 „sich, wie leicht könnte hiev nicht, ohne
 „dass es gleich bemerkt würde, ein beträch-
 „licher Diebstahl vorgehen: Also hat man
 „Hunde gewählt, welche den Tag
 „über in einem finstern Stalle
 „verschlossen sind, und nur bei Nacht
 „herausgelassen werden. Im Sommer kom-
 „men sie um 11, im Winter schon um 10
 „Uhr aus ihrem Stalle. Diese wandern die
 „ganze Nacht hindurch unter den Spei-
 „chern herum, und weh'n dann demjenigen,
 „der ihnen hier begegnet. Man hat meh-
 „rere Beispiele, dass Menschen von ihnen
 „sind zerrissen worden.” Briefe über
 Danzig, n. 2. S. 10, 11. (Berlin 1794.)



his moribus assuescant? Ac parum abest, quin, fieri posse, pronunciem. Certe ea, quae mihi, de re sollicitius cogitanti, sese obtulerunt, hoc a nobis exigere videntur, ne spem illam, ex incredibili canum sagacitate et sollertia conceptam, ante tempus, nec; nisi iteratis experimentis captis, abjiciamus. Iam primo, de canum ad hanc rem aptitudine non omnino desperandum esse, docet venatus, in quo praecipua eorum cernitur sollertia et sagacitas. Simile quid in feris bestiis persequendis canes praestare, inter omnes constat: tanta enim est animalis, ad hanc disciplinam assueti, sagacitas, ut hanc ipsam feram, cujus vestigia captaverit, nunquam derelinquat, eademque, cum aliis quam plurimis commixta, diligenter discernat, quid? quod stratagemata ferarum, quibus canem in errorem inducere ejusque persecutionem effugere forte studeant, feliciter superet. Rem, quam venatores tantum non omnes norunt, pluribus testimoniis probare velle supervacaneum foret. Ut tamen alii etiam fidem habeant, prodeat. BUFFONUS ⁽¹⁶⁾ testimonii dicendi causa. Deinde experientia ipsa

B 3 est

16) de BUFFON *Histoire Naturelle*, T. 5 „il voudroit se détacher de la terre
p. 84 (Le chien „marchant ensuite en „et supprimer les espaces; il franchit
„silence, il cherche à reconnoître le pays, „d'un saut les routes, les haïes, passe à
„à découvrir, à suspendre l'ennemi dans „la nage les ruisseaux, les rivières; mais
„son fort; il recherche ses traces, il les „toujours poursuivi et ne pouvant anean-
„suir pas à pas, et par des accens diffé- „tir son corps, il cherche à en mettre
„rens indique le temps, la distance, l'espé- „un autre à sa place; il va lui-même
„ce, et même l'ave de celui qu'il poursuit. „troubler le repos d'un voisin plus jeune
„Intimide, pressé, desespérant de trouver „et moins expérimenté, le faire lever,
„son salut dans la fuite, l'animal se sert „marcher, fuir avec lui; et lorsqu'ils ont
„aussi de toutes ses facultés, il oppose la „confondu leurs traces, lorsqu'il croit P
„ruse à la sagacité; jamais les ressources „avoir substitué à sa mauvaise fortune, il
„de l'instinct ne furent plus admirables: „le quitte plus brusquement encore qu'il
„pour faire perdre sa trace, il va, vient „ne la joint, afin de le rendre seul l'ob-
„et revient sur ses pas; il fait des bonds, „jet et la victime de l'ennemi trompé.

„ Mais



est testis rei, de qua loquor. Haec enim idem, quod fit quotidie in feris persequendis, etiam in hominibus. plane ignotis pervestigandis, a canibus fieri posse, subinde probavit. Memoratum dignissimum sane videtur exemplum, quod litteris coloni cujusdam Americani ⁽¹⁷⁾ ante aliquot annos ad nos pervenit. Tanta arte, et ad interiores legentium affectus commovendos composita, in iis legimas, quanta fuerit parentum sollicitudo de puerulo, in saltum dejecto, quantaque laetitia de eodem, per canem recepto, ut integras litteras describerem, nisi longiores essent et angustas hasce plagulas excederent. Ea tamen, quae ad rem nostram pertinent, cum caput hujus argumenti proxime attingant, ipsis Auctoris verbis subijciam, ne quid ei addidisse aut detraxisse videar. Ille vero, in hunc modum rem gestam narrat: „Un sauvage, chargé „de pelleteries, passa par la maison de ce colon, a dessein de s'y „reposer. Surpris de n'y trouver, qu' une vieille Negresse, ou „est mon frere? lui demanda ce sauvage. Helas, dit la Negresse, „il a perdu son petit *Derick* et il le cherche. — Sonne la trompe, „tâche de faire revenir ton maître, je retrouverai son petit enfant. Le père revenu, le sauvage lui demanda *les souliers et les bas*, „que *Derick* avoit portés le plus récemment. Il commanda à son „chien

„ Mais le chien, par cette supériorité „ que donnent l'exercice et l'éducation, „ par cette finesse de sentiment, qui n'appartient qu'à lui, ne perd pas l'objet de „ sa poursuite; il démêle les points communs, „ délie les noeuds du fil tortueux qui seul „ peut y conduire; il voitelo l'odorat tous les „ détours du labyrinthe, toutes les fausses „ routes où l'on a voulu l'égarer; et loin d' „ abandonner l'ennemi pour un indifférent, après avoir triomphé de la ruse, „ il s'indigne, il redouble d'ardeur, arrive enfin, l'attaque et le mettant à

„ mort, éteint dans le sang sa soif et sa „ haine." v. HALLER *allgemeine Historie der Natur* 3 Th. 1 B. S. 106, 107. CONRAD GESNER *hist. animal.* Lib. 1. de *Quadrupeditibus.* p. 251.

17) *Lettres d'un Cultivateur américain.* T. I. p. 215 (1784). *Historiam contractam continent Cahicis de lecture* no. 12. p. 354 f. (1784) Germanice translata dedit IO. AUGUST. EPHRAIM GOEZE *nützlicher allerley aus der Natur und dem gemeinen Leben für allerley Leser* 5. B. S. 22. f. (Lipsia 1787.)

„chien de les sentir. Prenant ensuite la maison pour un centre,
 „il décrit un cercle d'un quart de mille de semi diamètre, or-
 „onnant à son chien de sentir la terre par-tout ou il le conduisoit.
 „Le cercle n'étoit pas encore complet, lorsque cet animal com-
 „mença à aboyer. Cet hereux son porta, sur le champ, dans le
 „coeur des parens désolés, quelques foibles rayons d'espérance.
 „Le chien suivit la piste et aboya encore, en s'enfonçant dans l'
 „épaisseur des bois. Une demi-heure après, nous le vimes re-
 „venir. La contenance de ce chien étoit visiblement changée;
 „l'air de joye y étoit peint; j'étois sur qu'il avoit retrouvé l'en-
 „fant. — Mais étoit il mort ou vivant? Quelle cruelle alter-
 „native? Le sauvage suivit son chien, qui ne manqua pas de le
 „conduire au pied d'un grand arbre, ou l'enfant étoit couché,
 „dans un état d'affoiblissement, qui approchoit de la mort.”
 Aliud hujus generis, quo probatur, canes in discernendis diver-
 forum hominum vestigiis sagacissimos esse, quodque ad rem no-
 stram magis, quam supra citatum adhuc pertinet, refert nobilis
 Anglus ROBERTUS BOYLE ¹⁸⁾ dicens: „Vir quidam nobilis, mihi
 „confanguineus, narrabat mihi, se, ut exploraret, num catellus
 „quidam sagax bene esset edoctus, jussisse servum quendam suum,
 „qui non necaverat, quin ne quidem tetigerat, Damarum sua-
 „rum ullam, conferre se ad oppidum quoddam rurale, quatuor
 „milliaria distans, exinde ad aliud oppidum mercatu instructum,
 „tria milliaria porro distans; quo facto hic Nobilis, mediocri de-
 „hinc exacto temporis spatio, canem illum sagacem indagando ser-
 „vo admovit, missis adhaec aliis servis, qui Canem insequerentur,
 „quin et ipso Domino, vt eventum cognosceret, eos omnes con-
 „sectante. Eventus hic erat, quod canis ille, nunquam viso ho-
 „mine

¹⁸⁾ De natura determinata effluviarum Cap. 4. p. 28 in ejusd. oper. var. Genev.
 1680. DEBRANI Physico-Theologie p. 400.



„mine investigando, vi odoratus ad supradicta loca eum insequetur, nil quicquam obstante hominum caterva, qui ad mercatum, eadem via ibant, nec itinerantium numero, qui viam eandem decussabant. Cumque canis ille ad praecipuum oppidum mercatu florens pervenisset, transivit per plateas, nil quicquam eos curans quos ibi offendit, nec quievit, donec ad domum illam pervenisset, ubi vir ab eo vestigatus considerat, eumque in superiori quodam conclavi invenisset, omnibus mirantibus qui eum sequebantur.” Insuper etiam non plane inauditum est, ignotos facinoris auctores per canes odoriferos exploratos atque deprehensos esse, quamquam huc usque casu magis, quam quaesitorum jussu, canes hoc fecerint. Tali modo ficarium quendam in vico *Boveden*, ab urbe *Göttingensi* non multum distito, deprehendisse sibi videbantur; licet, ut, facinus a se commissum esse, fateretur, tormentorum cruciatibus moveri, eamque ob causam convinci non potuerit ¹⁹⁾. A viro illustri ac celeberrimo, cui hoc debeo, haec etiam accepi, quae rem ad usum nostrum notabiliorem reddere videntur. Aderat in loco, ubi delictum commissum erat, a domicilio percussoris remoto, venator cum cane vestigatore venatico. Hic rogatus canem sanguinem occisi odorari iussit, quo facto, canis, vestigia captans, non solum hunc hominem ipsum in isto vico, sed etiam vestes ejus sanguine pollutas, in partibus aedium superioribus, odoratu invenit. Pari modo, ficarium *GUILIELMI*, principis *Arausionensis*, *Bataviae* liberatoris, sub fimo latentem, a cane principis familiari pervestigatum et deprehensum esse, narant. Monumento principis, *Delfis* posito, saltem canem adiacere, certum est ²⁰⁾, caetera vero, quae, illustrandi monumenti causa,

¹⁹⁾ Itaque juris intellectu mendax fuit canis, nec ulla hic rei culpa.

²⁰⁾ *Beschryving der Stadt Delft* C. 5. p. 299. (the *Delft* 1729.)

caussa, narrantur, quia rerum gestarum scriptores silent, nec nisi traditione suffulta sunt, ideoque non satis firma, mea facere non ausim. Itaque de his, utrum probanda, an vero rejicienda sint? tuo utere iudicio; ego nihil impedio. Ut vero omnem temeritatis notam effugiam, viros rei venaticae peritissimos, maxima ex parte venatores, experientia pariter ac fama et dignitate conspicuos, consului, antequam, quae mihi fiet hac de re sententia, publici juris facerem. Illud, quod, precibus meis satisfacientes, dederunt, singularis benignitatis documentum, dignum profecto est, quod omnibus innotescat. Itaque, ut nomina virorum illustrium, generosissimorum ac nobilissimorum profiteri liceat, eo magis in votis habeo, cum, si licuerit, eorum auctoritate et meae sententiae robur ac pondus haud leve accessurum esset; sed de eorum consensu, quem petii, nondum certior factus, in gratiis iisdem agendis hac vice subsisto, ne temere quid suscipiam. Hi autem, uno excepto, qui certo modo addubitavit, omnes responsum mihi dederunt, rem fieri posse.

Meum esse puto, ut rationes reddam, cur dubitandi rationes, a viro illustri, secus sentiente, adlatæ, ut consilium mutarem, apud me non effecerint. Ille, canes ad homines sagaciter peruestigandos, si genus ipsum spectes, edoceri posse, largitus est, neque in dubium vocavit, eosdem dominos suos ab aliis hominibus odoratu dignoscere; hoc vero e contrario negavit, fieri posse, ut plane ignotum, vel talem hominem, quem nec diu, nec diligenter satis habeant cognitum, hac ope, internoscant. In causis, responso adjectis, illud imprimis notatum dignum inveni, quod, calceorum tegumenta sententiae meae obflare, vir illustris sibi persuadeat; reliqua enim, quae adhuc contra sententiam meam disseruit, circa hoc versari videntur, ut argumenta, in subsidium meae sententiae prolata, ad probandam rem haud sufficere, ollen-

ostenderet. Ad prius quod attinet, calceos scilicet vapores pedum retinere, eamque ob causam eisdem impedire, quo minus canes vestigia hominis cuiusdam diligenter sentire ac praesertim cum aliorum hominum vestigiis commixta discernere possint, rationibus, in hunc modum subductis, speciem veri non inesse, nemo facile dixerit, nec ego dico; ut autem calculum addam meum, adduci minime possum. Neque tamen dubito, fore plerosque, qui eodem modo iudicent; quare, paullo uberius contra hanc dubitandi rationem differere, non abs re erit. Audiamus autem omnia grave REIMARI²¹⁾ dictum, quo monet, ex similitudine exteriori instrumentorum sentiendi humanorum et brutorum, nequam colligi posse, eandem etiam plane,

21) HERMANN SAMUEL REIMARVS „ihrer Wirkungen anwenden kann. Wenn Ueber die Triebe der Thiere, „also gleich viele Thierarten alle fünf Sins- hauptfächlich über ihre Kunst „ne haben; so solget doch nicht, dass sie triebe C. 104. p. 392. (Hamburg, 1762.) „auf einerley Weise sehen, hören, riechen, „Wenn gleich die thierischen Werkzeuge „schmecken, fühlen. Manche Thiere kön- „der Sinne eine nähore Aehnlichkeit mit den „nen, wegen der Schürfe ihrer Werkzeu- „menschlichen haben: so kann doch noch „ge, allerley empfinden und erkennen, da- „ein unendlicher Unterschied in ihrem inne- „von andrer Thierarten, durch ihre stum- „ren Baue seyn, welcher ihre Sinne nicht „psen Werkzeuge, gar nichts, oder wenig „allein weit schürfer macht, sondern auch „stens nicht in solcher Weite, und so un- „die Art ihrer Empfindung und Vorstellung „terscheidend, erkennen können: und was „wendlich verändert. Wir sehen, zum „einer Thierart nach der Beschaffenheit ih- „Theile, die innere Verschiedenheit der „ver Werkzeuge, einen widrigen Eindruck „thierischen sinnlichen Werkzeuge an ihren „solglich einen Abscheu, verursacht, das „Augen und Ohren, welche in keiner „kann mit andrer Thiere körperlichen Be- „Thierart, weder den unsrigen, noch ande- „schaffenheit übereinstimmen und ihre Be- „rer Thierarten, ihren Augen und Ohren „gorden reizen. Von jenem Vorzuge ei- „vollkommen ähnlich sind, sondern sich bey „niger Thierarten, giebt das scharfe Ge- „jeder Thierart durch eben. Eigenes naters „sichte der Raubthiere in die Fern, oder „scheiden. Allein es kann noch „außer „dem, ein verborgener Unterschied in den „ruch der Hunde und mancher Insecten; „feinsten Theilen und Fasern der empfind- „von diesem aber die ganz verschiedene „chen Nerven liegen, welchen weder „Wahl des dientlichen Nutters, und der „menschliche Zergliederungskunst entde- „Gattin jeder Art, einen offenbaren Beweis.²²⁾ „cken, noch die Vernunft zur Erklärung



plane, aut genere aut gradu, esse sentiendi formam, ut igitur falsus esset, qui putaret, id ipsum, quod nostro officit olfactui, canis quoque sagacitatem narium impedire. Itaque ne fiat argumentatio in hunc modum, experientiae magistrae plus fidei habeamus, quod usu nobis venerit, secuturi. Ac, hac quidem duce, alia omnia inveniri, exemplis adductis abunde constat. Non iteraturus jam antea hac de re dicta, ne crambem, bis coctam, dare velle videar, hoc tantum monere sufficiat: illam hominis feri cautionem, qua, Americano colono teste, canem suum calceos et tibialia pueruli perditum odorari iussit, attentionem legentis praecipue mereri. Ex omnibus, quae exposita sunt, patet, vestigiis hominum a canibus capiendis, calceos minime obliare; cur iisdem distinguendis plane obessent, mihi certe, ut iterum dicam, causae non satis esse, videtur. Quod si etiam daremus, calceos effluviis, in humum insinuantibus, nonnihil detrahere, moris tamen istius canini meminisse necesse est, quo canes, investigandis occupati vestigiis, ventos simul et auram captare solent. Iamjam poetae veterum eundem observarunt, quasi hic ad primas, quae canibus debentur, laudes pertineat ²²⁾. Neque ad usum, de quo loquor, res contemenda aut vilipendenda videtur. Adeat, si quis sit, qui ea de re dubitet, venatores, quaerens ex iis, num nihil intersit

C 2

22) „Quid laus prima canum? quibus est audacia praecipua
 „Venandique sagax virtus viresque sequendi
 „Qui nunc elatis rimantur naribus auras
 „Et nunc demisso quaerunt vestigia rostro
 „Et produnt clamore ferarum, dominumque vocando
 „Inceptantur”
 Olypius *Alisca*, v. 79.

„Ipsa infodiens uncis vestigia plantis
 „Mandat humum celsas apprehensat naribus
 „auras
 GRATIUS in *Cynegético* v. 237.
 23) Canes effluviis ferarum multo magis affici, si aura a fera versus canem indagantem movetur, observarunt ROBERTUS BOYLE de *insigni efficacia effluviarum* Cap. 4. p. 47. IO. WILH. DÖBEL c. L. P. I. C. 140. p. 85. C. 151. p. 111. E contrario, si quis canem, qui in

in venatu, utrum venti a feris velus nares canis, an vero in contrariam partem spirent?

Quae cum ita sint, non est, quod de cane reorum indagatore, plane desperemus, quanquam homines nostrae regionis minime nudi, sed calceis aliisque vestibus induti, incedunt.

Dixeram, virum illustrem, qui sententiam pronuntiabat mihi adversam, meis etiam argumentationibus quaedam objecisse. Restat igitur, ut, quae aut qualia illa fuerint, exponamus, ne, levioribus tantum editis, rationes dubitandi gravissimas dissimulare velle videamur. Brevitatis nempe studio quaestioni meae, viris, rei venaticae peritis, propositae, (de qua supra relatum est) duas tantum adieceram spei meae causas, haec: *primum*, quod canes venatici vestigia ferarum absque confusione sequantur, *deinde* etiam ab iisdem, si aberraverint, domini saepenumero vestigando reperiantur. Cedebat ille et mecum consentiebat, rem gestam si spectes, in utroque casu dubitatione carere, se tamen persuasum profitebatur, ad rem praesentem quod attineat, in neutro argumentationem meam satis firmam vocari posse. *Prius* enim fieri, aut sanguinis ope, e vulnere ferae fauciae in humum profluentis, aut sudore, qui eidem, angore aestuanti, erumpit. *Posterius* vero soli consuetudini tribuendum esse affirmabat, qua canis odorem domini satis superque habeat cognitum, quamvis et haec sola non valeat, ut exitus semper moliminibus ejus respondeat. Saepius enim, experientia teste, canes, naribus accerrimi, a veris dominorum vestigiis aberrarunt, praesertim si dominus a via usitata longius abierit, aut in multitudine hominum canem perdidit.

Ut responderem ad argumenta, e diverso adlata, sane non opus esset, nisi auctoritas et peritia adversarii hoc ipsum exigent.

VARIO ARISTOTELES de mirabil. T. II, Opp. p. 723. (Parisii 1654) antri in Aetna, Siciliae monte, meminit, florum copia, praesertim violis repleti, ex quibus spasm ode-

res auram huc usque implent, ut canes, iisdem impediti, lepores investigare frustra conentur.

rent. Neque enim haec, quae confutare studuit, sola, meae sententiae adsunt, sed graviora, ut mihi videntur, ad eam firmandam argumenta in hoc libello continentur. Equidem, si haec mens viri ill. in *prima* dubitandi ratione fuerit: his solis, scilicet sanguine ferae sanciae, aut sudore, aestuanti erumpente, canem vestigia illius sentire et ab aliis internoscere, ab eo plane dissentio. Neque hoc loco omnia iteraturus, ex quibus, rem aliter se habere, adpareat, id satis habeo, virum rei venaticae peritum, quae sint *canum vestigatorum* ²⁴⁾ virtutes, monuisse. Fac etiam, rem ita se habere, quemadmodum adversarii mens esse videtur, neque hoc satis causae esse videtur, ad usum canis maleficorum indagatoris, vel plane negandum, vel parvi ducendum. Raro enim delicta sine ullo animi motu committuntur. Quid? si facinorosi properabundi, accelerato gradu, aut corporis labore fatigati, illud patraverint, si, ejus committendi causa, depugnaverint, aut eodem admissio, in fugam se dederint: nonne hi casus sunt frequentiores, et illis in venatu persimiles, saltim in eo, quod sudor erumpat? Neutiquam, ut ego arbitror, quoad hoc, impossibile est, ut canis quaerendis hominum vestigiis assuefactus, ejusmodi facinorosi vestigia ab aliis facilius discernat. Denique, ut etiam ad *posterius* argumentum, ex adverso adlatum, respondeam, hoc mihi non obesse puto, quod adversarius de canis sagacitate in indagandis domini sui vestigiis disputans, consuetudini ac familiaritati plurimum tribuat, quae canem et dominum ejus plerumque intercedit. Argumentatione enim mea hoc tantum volui, ut canum aptitudo ad homines singulos investigandos et odoratu distinguendos adpareat. Itaque dubitationem hanc mihi motam largior, monens tamen, ut quisque sibi caveat, ne omnem sagacitatis causam in consuetudine longa ac frequenti ponat, quasi, hac cessante,

C. 3

inve-

24) Leithunde.

codicum de quo in die 1771 et de anno 1771





investigatio discernens nulla a cane speranda sit. Eadem enim etiam in rebus quaerendis, quae in persona domini, a canibus praefari, jam supra dictum et ab aliis etiam observatum est ²⁵⁾. Interdum etiam accidere, ut canes sagacissimi, dominum suum quaerentes, spei, de narium excellentia conceptae, haud satisfaciant, inficias non ibo. Plures enim hujus rei causae esse possunt. Tempestas forte aut aliud impedimentum obfuit, ac, sicut hominum, ita etiam reliquorum animalium non una est natura. Ad canes ²⁶⁾ quod attinet, alios, vigilaces et assiduos in custodia esse, constat, alios erroneos, neque minus temerarios latratu et circumspectos, diligentiores pervestigando et segnes levioresve deprehendimus. Denique non tantum natura, sed etiam disciplina hos mores facit, quibus, ut assuescant, in votis habeo; quod vero ut fiat, singulari, hucusque nondum cognita disciplina, opus esse, alio loco demonstrabo. Insuper non est mens hujus consilii, ut canis indagator iudex facinoris existat, qui, quis admiserit, decidat, sed hoc tantum volumus, ut reum, nuncii ad instar, ostendat, indiciumque faciat, quod, utrum verum, an vero mendax sit, iudex inquiret. Quid igitur interest, si interdum erraverit (quod fieri posse, a cane etiam diligente et bene edocto, minime negaverim) sane non est, quod innocentiae, huiusmodi indagine periculo subjectae, timeamus. Ne hoc fiat, et leges cavent, et iudicis est providere. Perpendant quaeso, quibus hic scrupulus haereat, si hoc fati causae esset, ad indicia delictorum rejicienda, quotnam forent superfutura? Nonne indolis fere ejusdem omnia sunt, incerta scilicet, taliaque, quibus solis minime, sed re universa considerata, credamus.

Plura supersunt dicenda, nempe, rei supplendae causa, de tempore, intra quod post facinus patratum, sive post fugam malefactorum inceptam, investigatio per canes fieri possit, nec non de genere animalis, quod ad hunc usum optimam spem ostendat, praef-

25) V. not. 10.

26) COLUMELLA de re rustica, Lib. 7. Cap. de canibus.

praecipue vero de modo, canem reorum indagatorem edocendi; de quibus omnibus observationes quasdam addere animus mihi erat. Ac ad postremum quod attinet, viros illustres, generosissimos ac nobilissimos responsis, quibus consilia mea probarunt, quaedam adjecisse, ex quibus optima quaeque sperare licet, profiteri necesse est. Sed his exponendis nec locus hic vacat, nec moram res patitur, cujus causa haec scripsi. Itaque reliqua daturus, cum tempus fuerit, ad extremum denique precor, curent aut faciant, qui sint, qui hisce consiliis accedant, ante omnia hoc: ut praemii aliquid sit illi propositum, qui primus canem ad omne hoc institutum formaverit. Multum laboris hac in re erit, sed salus humani generis in exitu splendet.

Transeamus ad sollempnia praenobilissimi iurium candidati indicenda. Quam vitae studiorumque rationem habuerit, ipse exposuit his verbis:

Ego Fridericus Marcus Lindheimer, Moeno-Francofurtensis, natus sum die III Martii anni MDCCCLXX patre IOANNE CHRISTOPHORO, in ista urbe mercatore, matre vero, ANNA MARGARETHA, nata RUPRECHT. Patrem optimum meum per Dei gratiam adhuc in vivis colo, matre vero, cujus memoria usque ad extremum vitae habitum mihi erit sancta, annum septimum aens jamjam morte privatus sum. Ante omnia non possum silentio praeterire curam illorum et studium in me educando atque erudiendo, et simul principis nostrae religionis imbuendo collatum; publice hoc omne hisce litteris ex gratissimo animo testificor.

Frequentavi Idsteinæ maximo cum usu gymnasium, quod floret ejus Rectore RITZHAUBIO: lectiones hujus, ut et illas Prorectoris SNELLII, Conrectoris STIEHLII, Subconrectoris OTTONIS, et Collaboratoris CRAMERI audi. Primis fundamentis litterarum tunc positis, animo Iurisscientiae ediscendae adii academiam Ienensem, meque advenam mense Octobris MDCCCLXXXIX vir magnificus atque perillustis NICOLAI, fascas academicos illo tempore tenens, numero civium academicorum adscripsit. Quod ad ipsam vitae academicae pertinet rationem, in philosophicis, nempe in logica, metaphysica, et anthropologia philosophica, Iure naturae sociali et gentium, illustris ULRICH me erudit, in historia imperii romani germanici, ut et in historia



historia statuum Europae, ill. HEINRICH, in re diplomatica et in antiquitatibus germanicis, ill. MÜLLER, in introductione historiae universalis ill. SCHILLER. Anthropologiam medicam in scholis illustr. LODERI audiui. His peractis scholas adii Iuridicas, et illustris REICHARDT, institutiones iuris civilis una cum pandectis et iuris criminalis institutiones me docuit.

Perillustris AB ECKARDT, digesta et iuris criminalis principia me docuit.

Perillustris WALCHIUS, praeses, fautor meus ac patronus pie colendus, in historia iuris, iure germanico, processu civili, atque arte ex actis referendi, mihi praceptor fuit, nec defui disputatorio sub auspitiis ipsius, et maximam exinde percepi utilitatem.

Illustr. DE SCHELLWITZ me docuit processum civilem atque artem relictoriam.

Illustr. SCHNAUBERT, fautor meus ac patris loco venerandus, me ius canonicum, jus publicum germanicum, et feudale docuit.

His omnibus gavifus sum doctoribus, fautoribus, patronis omni pietatis studio venerandis, quibus adeo me obstrictum agnosco, ut debitum unquam exsolvi posse, desperem. Eo libentius igitur datam amplector occasionem publicum hic testimonium gratissimi dum vivam animi reddendi.

Peractis his studiis petiit, ut pro consequendis summis in iure honoribus ad examina admitteretur. Talem in illis se praestitit, qui dignus hisce honoribus iudicaretur, utque rite illi conferantur, dissertationem inauguralem

De testamentis Francofordiensium coram tribus senatoribus vel eorum vicariis conditis

proximo die xx. Mens. Februarii, praeside perillustri WALCHIO, defendet.

Vos igitur MAGNIFICE ACADEMIAE PRORECTOR, COMITES ILLUSTRISSIMI, PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI, PROFESSORES ET DOCTORES CELEBERRIMI, generosissimi et nobilissimi commilitones reliquosque litterarum et bonarum artium FAUTORES, ordinis mei verbis omni observantia oro rogoque, ut hunc actum praesentia vestra velitis sollempniorem reddere. P. P. sub sigillo Facultatis A. D. XIX. Februarii MDCCCLXXXVII.

(L. S.)

Zella, Hist., 1790-1800



f

h.







ORDINIS IVRECONSVLTORVM

IN

ACADEMIA IENENSI

H. T.

DECANVS

D. IO. AVGVSTVS REICHARDT

SOLLEMNIA INAVGVRALIA

PRAENOBILISSIMI IVRIVM CANDIDATI

FRIDERICI MARCI LINDHEIMER

MOENO - FRANCOFORDIENSIS

A. D. VI. FEBR. MDCCCCLXXXVI

HABENDA

I N D I C I T.

Praemissa est Commentatio

De cane maleficorum indagatore.

I E N A E,

TYPIS GOEPPERDTII.

266
16
1796,1

